Quia nullus umquam amator adeo callidus
Facunduſque in rem infit ſuam. ut poſſit loqui
Nunc uos mihi iraſci ob multiloquium non decet
Eodem quo amore uenus hanc mihi legauit diem
Illuc reuerti certum: & conata eloquar
Principio atque animus ephebis aetate exiit
Atque animus ſtudio amotus puerili
Meus eſt. amare ualide coepi hic
Meretricem. ilico exulatum ad illam iam adibat patris.
Leno importunus dominus eius mulieris
Vi ſumma quicque poterat rapiebat domum.
Obiurgare pater. haec noctes & dies
Perfidiam. iniuſticiam lenonum expromere
Lacerari ualide ſuam rem. illius augerier.
Summo hoc clamore interdum muſſat loqui
Abnuere. negitare. adeo me natum ſuum
Conclamare tota urbe: & praedicare
Omnes tenerent. mutui tanti credere
Amorem. multos illexit in dispendium
Intemperantem: non modeſtum iniurium
Trahere. excurrere. me quod quirem adſe domum
Ratione peſſima: eaque ipſus optuma
Omneſque mores inueniſſe perſeris
Mores uidi funditari ac diedere.